

Quicumq; durâ vitiorum servitute premi-
tur, is miser est, ac infelix:

A. Rex dives & felix durâ vitiorum ser-
vitute premitur:

B. Aliquis Rex dives & felix miser est ac
infelix. Vide Satyr. 5. Persii de verâ
servitute & libertate.

Sic, si quis dicat: quod nostrum non est,
ejus nullam habendam à nobis esse curam, ad
Paradoxon ducetur: Honor non est hono-
rati, sed honorantis. E. honoratus nullam de-
bet habere curam sui honoris, quod est à com-
muni hominum opinione aversum.

Paradoxon ergo est, quando Respondens
cogitur vi argumentorum aliquid adfir-
mare, quod licet non sit manifestò falsum,
apud eos tamen qui disputationi interfunt,
habetur pro falso, aut pro non probabili.
Ubi si thesis à Sapiantibus sit, traducunt
eam apud sapientes: apud vulgus, si à vul-
go. Sapientes enim & vulgus τὰς γνώμας
vel maximè dissentiunt. Ut, Sapientes as-
serunt: justum esse felicem. Sed plebi ab-
sonum videtur: Regem (qui fortasse an-
non semper est justus) non esse felicem.

Q. 3.

Anno-